

Si le Voyageur doit sortir du Royaume, il faut lui donner l'Attestation en Latin.

N N. Rector Ecclesiæ Parochialis loci omnibus Ecclesiarum Pastoribus, cœterisque Christi Fidelibus, salutem in Domino.

Notum facimus N. præsentium latorem, nostrum Parochianum esse moribus commendabilem, fidelemque cultorem Religionis Christianæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ; nec ullo Censurarum Ecclesiasticarum vinculo irretitum, quominus Ecclesiæ Sacramentis vivus, & Sepulturæ Christianæ mortuus participare possit: quapropter hunc habebitis piis misericordiæ operibus commendatum, quales decet Christianos, & bene agetis. Valete in Christo. Datum sub Chirographo nostro, die mensis anno Domini millesimo

FORMULE D'ACTE DE PRISE DE POSSESSION
d'un Benefice.

E Go infra scriptus Presbyter N. fidem facio quod anno restructæ salutis millesimo die mensis virtute litterarum provisionis ac collationis sub sigillo integro datâ (*il faut mettre icy le quantième du mois & de l'année*) quibus Illustrissimus & Reverendissimus D. D. Episcopus Quebecensis Parochialem Ecclesiam Sancti N. (talis loci) concedit Magistro N. Presbytero hujus (aut talis Diœcesis) prædictum Presbyterum in possessione actuali & corporali prædictæ Ecclesiæ Parochialis, ac jurium omnium ad ipsam pertinentium collocavi, observatis Solemnitatibus requisitis ac solitis; scilicet per ingressum Ecclesiæ, asperisionem Aquæ-benedictæ, osculum majoris Altaris, tactum libri Missalis, visitationem sancti Sacramenti, ac Fontium Baptismalium, pulsum Campanæ; cui Possessionem neminem in-